

ALFF REX DANIAE.



Alf filius fuit Sigari regis Danorum. hic fratribus suis Syualdo & Algero animo & forma præstantior, post patrem rex creatus fuit. Huius insignem candore cæsariem tantus comæ decus asperferat, ut argenteo crine nitere putaretur. Erat eo tempore Syuardus rex Gothorum, cuius filia Aluilda tanta uerecundia & eleganti forma prædita erat, ut pater eam arcta custodia detinerebat, atq; nullius proci petitionem exaudiret. Id cū Alf percepisset, eandem magno animo liberauit, atque Gothis prælio uictis eam sibi matrimonio coniunxit. ex ea postea Guritham filiam procreauit, unicam ferè, ob ciuilia bella, regnum Septemtrionalium postea hæredem. Hic Alff suum regnum magna gloria contra uicinorum irruptionem defendit, atq; anno Christi trecentesimo quadragesimo ijs in locis in magna authoritate extitit. Tādem omnium desiderio expetitus, fatis absumptus fuit. Sax. Gram. lib. 7.